

/ Illustrissime et Amplissime Domine.

Quod ille olim apposite, Mitte sapientem, et nihil dicas, dixit, dixerim et ipse merito, dum ad te Societatis tuae R^{di} patres a comitiis provincialibus delecti directique proficiscuntur. Nihil 5 enim de me aut ipse scire cupias, aut ad te ego scribere queam, quod affatim ipsi aperire nequeant. Deest igitur omnino quod scribam, nisi ut quod de me gratitudinis ergo ad te retulerint sobriè credas; etsi enim ingens mihi sit in Societatem studium, est tamen adeo vanus conatus, ut illud Apostoli cogar usurpare: Velle mihi 10 adiacet, perficere non invenio. At Numini parendum aequo animo, cui minime adhuc visum est, me tanta beatitate donare, ut quod bene velim, reipsa compleam. Bene vale, Cardinalis omnium pⁱssime et eruditissime, meque tui studiosissimum quo soles amore proseguere. Datum Lugduni in aedibus paternis nono Calend.Octob.1611.

15 Ill^{ae} D. Tuae

Humilimus ac obsequentissimus famulus

J.A.Viennensis.

Ad Illus^{mum} ac Ampliss. Domi

Cardinalem Bellarminum

Do.meum obs^{mum}

(cachet)

20 Romam.